

Band IX., Nr. 4059, Seite 411-412

Ritter Wolfram von Bernhausen und seine Söhne beurkunden den Schiedsspruch in ihrem Streit mit Kloster Salem über Eigenleute und Weingarten (bei Stuttgart).

Esslingen, 1291. Januar 1.

Noverint universi presentium litterarum inspectores, quod ego Wolframus senior de Bernhusen ac ego Wolframus iunior milites nec non ego Marquardus de Bernhusen filii eiusdem super negotio et controversia, quam venerabiles abbas et conventus in Salem nobis coram reverendo domino episcopo Constantiensi vel domino cellerario eiusdem ecclesie Constantiensis ab ipso episcopo subdelegato movebant, in dominum decanum de Esselingen et Rudegerum dictum Ruppreht civem ibidem tamquam in bonos viros quin imo ut in competentes iudices vel amicabiles compositores fide interposita compromisimus simpliciter et in totum, ordinationi vel pronuntiationi eorundem qualicunque stare et parere irrefragabiliter promittentes. Qui utique compromissarii vel transactores inspectis cause meritis et instrumentis super hoc confectis per sententiam arbitralem pronuntiarunt et tenore presentium pronuntiant, ut homines utriusque sexus petitos in lite imo nunc demum per sententiam diffinitivam a memorato domino episcopo latam ipsis abbati et conventui adiudicatos non presumamus in posterum aliquatenus mancipare vel aliquas exactiones vel servitia exigere ab eisdem. De vineis vero trium iugerum sitarum in Hostaige¹ et in Hartuncsrüti² decernunt formam instrumenti super hoc conscriptam apud nos et ipsos abbatem et conventum prefatum fore efficaciter observandam. Verum ne deinceps valeat de premissis aliqua lis emergi, nos predicti Wolframus et Wolframus et Marquardus de Bernhusen prefatam ordinationem pro nobis et omnibus heredibus nostris acceptantes rogavimus pretactum dominum decanum de Esselingen, ut prenarratis dominis abbati et conventui de Salem in signum ratihabitionis hanc paginam suo sigillo traderet communitam. In quo eisdem decanus sepedictus de consensu pretacti coarbitri mei Rudegeri Rupreht annuens eisdem abbati et conventui has litteras tradidi mei sigilli munimine roboratas.

Acta sunt hec anno domini MCCXCI., kalendas Januarii, in cimiterio Esselingen, presentibus testibus subscriptis, videlicet presbitero Rüggero de Esselingen, camerario de Sighalmingen, fratre Gerungo de Salem et aliis pluribus fide dignis.

¹Heusteige, Flur bei Stuttgart.

²Flur bei Stuttgart.



Nach dem Codex Salemitanus.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/1163 S. 244 Nr. 222

Regesten:

FRIEDRICH VON WEECH (HRSG.): Codex diplomaticus Salemitanus. Urkundenbuch der Cisterzienserabtei Salem, 3 Bde., Karlsruhe 1883-95, Bd. 2, S. 403, Nr. 803. UB Esslingen, Bd. 1, S. 92, Nr. 237.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)
Bernhausen, Filderstadt, ES
Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
Esslingen am Neckar, ES
Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Schloss Salem : Salem FN
Schloss Salem Wohnplatz (18257)
Sielmingen Wohnplatz (490)
Sielmingen, Filderstadt, ES
Stuttgart-Mitte Wohnplatz (55)
Stuttgart-Mitte, Stuttgart, S